

Imò idem credo, esse promissum elemosinam pro facris e-rogandam. Quia intentio principalis est facra facere, & elemosina tantum ponitur, quod accessoria, & conditio re-liquita, ut facra sunt. Atque in voto satis factis eis sacris, sine gratis, sine elemosina largita. Quòsi si non ut accesso-rium, sed equè principaliter vouerit Deo inferuire ea ele- mosina, & sacris illis faciendis, non satisfaceret gratis illis factis. At in dubio prior intentio prælumenda est, ut fre-quentissima. Quòd si elemosinam illam æquè principaliter promissam, sacerdoti facturo sacra offerret, & ille cam re-mitteret, sic distinguendum est. Si promissæ daturum deter- minato cuidam sacerdoti, satisfaceret illo remittente. Quia tota res promissa in illius fauorem cedit. Secus si sacerdoti non determinato vouerit. Ut de iuramento dandæ elemo- sine certo, vel incerto pauperi probauimus lib. præced. c. 20. n. 7. & 8. An vero satisfiat missis illis aliunde stipendio acco- pto, dicimus c. 18. n. 11. In quocumque tamen euentu vere satisfaceret, si re ipsa, & abique pacto illo retrodonandi trade- ret elemosinam illam sacerdoti, & ille sponte sua illum uer- rum ei donaret. Quia iam reuera elemosinam illam largi- tus est.

33. Tertio deducitur, promittentem se calicem Ecclesie daturum, aut equum, &c. teneri omnibus suis deficienti- bus, quod perierint, aut furto arrepti sint, dare alium, nisi expresse unum ex his quos habebat, uouisset. Quia obligatio non fuit certa species, sed generis, & ita periculis specie non extinguitur. Ita Palud. a. l. 28. q. 2. artic. 1. num. 11. D. Anton. 3. p. 116. cap. 2. §. 4. Sylvester. verbo Religio 2. q. 16. Azorius lib. 11. in iuramentis, c. 20. q. 2. Addunt bene Palud. D. Anton. & Sylvester. hoc esse verum, licet uouens non intendit tem- pore voti emere alium, sed dare suum. Quod tamen in- telligit nisi suum uotum retraxerit ad solam sui dandi ob- ligationem. Ut diximus n. 5. At in dubio hanc restrictio- nem non intelligerem. Quia est possessio pro uoto dandi e- qui, & de restrictione non constat. Et ita diximus eo nu- mero 5.

35. Quarto deducitur obligationem voti de eroganda ele- mosina certo cuidam pauperi, si ille prius obeat, diuiden- dandam esse, sicut iura disponunt de legato suo cuiusdam pau- peri, qui prius obit. In legato autem ea diuisio solo iudicij hiberi à Doctoribus. Si testator reliquit tantquam piū opus, atque in anime sue bonum, uerumtamen elegerit potius illum pauperem, quòd esset sibi notus, uel alia quacumque de causa, debet alii pauperi. Si uero in bonum duntaxat il- lius pauperis, non debetur legatum. Item tradunt in legato Bart. l. later, §. Testamētum, num. 2. ff. de legat. 2. Abbas cap. 102. quodam. n. 14. de Testamētum. Azorius lib. 11. de con- test. lib. 5. c. 1. §. 3. in fine, Medina. C. de restit. q. 24. uel. l. si quis in testamētum. Medina tom. 1. de iust. dist. 209. colum. pe- nitentia. Et in dubio huius intentionis prior prælumitur, & sic debetur legatum. Ut bene tradunt Abbas, Medina, & Medina. h. idem. Quare idem prius de simili uoto dicendum est. Et mirò magis id est in dubio præludendum in uoto: utpote, quod in Dei cultum emitum prælumitur, qui est finis ipsius. Quod si pauper ille obierit, postquam uouens est in mora implendi sui uoti non intimati, & acceptati ab eo pauper, credo adhuc extingui uotum in bonum il- lius duntaxat pauperis emitum. Quamuis secus esset in legato, sed deberetur hæredi illius pauperis. Ratio discrimi- nis est, quia hæres tenetur lege iustitie ad legata im- penda, & mortuo testatore pauper ille ius acquisierat, ac perinde in ea iure succedit opus hæres. At uotum nondum acceptatum ex sola religionis lege obligat, nec inducit re- sistendi vinculum. Ut numero decimo septimo diximus. Et promissæ pauperi non acquiritur, ut transfinit ad hære- dem.

36. Quinto deducitur, calicem uirginis (uulgo el Rosario) aut alius precibus uoto, aut penitentia sacramentali debitis non facienti sola mente recitando, sed ore. Quod id uo- tum, ac confessari præceptum accipienda sunt instar præ- cepti Ecclesiastici de hære, quod solamentali oratione non impletur: Nec aduerfat D. Th. 2. q. 93. artic. 12. dicens orationem priuatam singularis personæ non sportere esse uo- calem. Quia intelligitur de precibus spontaneis. Si tamen certo consistat expedientias, aut equè expediens esse spiri- tuali uouentis saluti orare mente, ac uoce, posset commu- tate eas prores uoto debitis in orationem illarum menta- lem. (Ut latius in tractatu de uotorum commutatione dic- emus.) At penitentiam in iudicium non posset ipse com- mutare, ut constat, quia est pars Sacramenti, & actus iudicialis.

37. Sexto deducitur, satisfactori precibus horariis, uel of- ficio defunctorum, uel Palmis, uel Litanis, debitis uoto, uel penitentia sacramentali, uel quouis alia ratione, si cum socio recitentur, quolibet partem suam recitante, & audi- ente partem ab altero recitante, esse uterque sic recitans ad id tenetur. Quia id uotum, & præceptum sunt intelligenda instar præcepti Ecclesiastici de hære. Quare idem pro- fus, quod de præcepto horum exponerem, quando cum so- cio recitantur, uel in choro respondentem organo, uel eunte alio ad iustificanda altaria, dicimus in tractatu Horarum Canoniarum, dicendum esse in hoc casu. Et ita satisfieri re- citando cum socio docent Nauarr. cap. Quando caput. decimo, numero decimo septimo, & decimo octavo, Azor. lib. 11. inf. mor. cap. 7. qu. 10.

38. Sed an idem iuris sit de obligato ex uoto, uel peni- tentia, uel alio uinculo ad calculos uirginis recitandos, ita ut ei obligati satisfiat alternatim recitando, dicente quolibet suam salutationem Anglicam? Nauarr. eo c. 10. art. 22. usque ad 35. re hæc late disputata dicit problematicè utram- que partem disputata defendi posse, & uerius esse neu- tram satisfacere. Sed Azor. ea q. 10. affirmat utrumque satis facere. Quia huiusmodi pensum interpretari possumus esse reddendum eo more, quo horarium officium persoluitur. Sed prior opinio multò magis mihi placet. Quia consue- tudo nunquam explicit, ut calculi uirginis alternatim persoluantur: sed contrarium omnino usu receptum est, cui in dubio uidentur uouens, & confessorius re reforma- re.

39. Septimo deducitur, obligatum ad recitandas Horas Canonicas, uel officium B. uirginis, ea interruptione satisfacere, quia præcepto Ecclesiæ de his recitandis satisfiat, De qua interrup- tione dicimus tractatu de Horis Canonicis. Atque qui ex uoto, uel penitentia tenetur recitare calculos uirginis, satis- facit recitando soltem unico contextu singulas decadas, o- mittendo alias in aliud tempus. Sicut contingit in singulis Ho- ris Canonicis. Quia singular decadas reputantur, ut una Hora Canonica. Ita Nauarr. c. Quando c. 10. a. n. 37. usque ad 42. di- cens re disputata in sacra Penitentia in uariis unum fen- tentias. Idem tenent Beja in suis responsis 1. p. casu 51. Azor. l. 10. inf. moral. c. 8. §. 8. Si uero una decas interruptur, uel idem prius dicendum est, quod de unius Horæ Canonicæ interruptione dicemus suo loco.

40. Quòd si quis promiserit se calculos uirginis recita- turum, si promissio fuit tertie partis recitando, existimo il- lum non satisfactorum, si diuersis diebus recitet, singulis sin- gulas, aut binas, aut ternas decadas. Quia ea obligatio in- telligitur instar præcepti Ecclesiastici de recitando officio Ca- nonico, quòd unica die persolui debet. Et ita communis consuetudo interpretatur. Si uero integrum Rosarium tribus diebus contans uouisset, satisfaceret utique tribus diebus recitando, singulis singulas partes. Quia hæc tres partes in communi estimatione omnino diuiduntur. Sicut uouens au- dire sacrum satisfacere audiendo duas sacri partes eodem die, non autem diuersis diebus. Si uero quis promittat feret, uel quater officium Canonicum, uel Palmis penitentia, uel calculos uirginis recitaturum, uel id in penitentiam in- iungatur, nec constat de specialu uouentis, aut confessoris in- tentione, existimo illam satisfacere, si eodem die hæc recit- tet. Quia non est cur limiteret ad hæc diuersis diebus ex- plenda, secus si promississet fer quotide recitaturum, uel to- to mense, aut hebdomada, aut tribus diebus, uel id esset in penitentiam in iudicium. Quia tunc uotum, & penitentia intelligenda sunt instar præcepti Ecclesiastici de quotide re- citando, uel audiendo sacro diuersis diebus. Quòd diuersitas illa dierum in uoto, uel penitentia assignata satis denotat: ut uel sic ille diuersis diebus se in bono aliquo exercere optat. At si uotum, uel penitentia essent dandæ quotide elemo- sine, uel toto mense quotide, si magna quantitas erogan- da assignetur in uoto, uel penitentia, pro toto illo tempo- re distribuenda, uel id in dubio maior commoditas dandi spectari: ne uouens, aut penitens cogatur tantam sum- mam simul erogare, & ita potest suo favore cedens simul erogare. Si uero sit modica, uel relinquatur arbitrio ipsius quantitas danda, uel uis eius, ut quotide ille bonum aliquod opus exequatur, nisi aliunde maioris commodi- tatis conjectura sumatur, & ita non satisfaceret dando si- mul.

41. Octauò deducitur, quid de uoto non bibendi uini cen- sendum sit, an, scilicet, uiolentur toties, quoties id bibitur. Palud. a. dist. 15. q. 2. ad finem. in num. 39. & 40. & D. An- tonius 2. p. 11. c. 2. §. Taberna uerbo uotum 2. q. 8. num. 9. ita distinguunt. Si uotum sit non bibendi uini in perpetuum, uiolatur, quoties id bibitur: si autem sit non bibendi certa die, peccatur sola prima uice bibendo. Sicut indulgentia perpetua concessa obtinetur, quoties diligentia præscripta fi- unt: at determinata ad certum diem, non nisi semel. Sed postea Palud. & D. Anton. aiunt, uel posse dici, quando uo- tum fuit pro die determinata, in peccati, quoties bibitur: quando autem pro die aliqua indeterminate, non peccari to- ties, quoties ead die bibitur: sed posse bibi amplius ea die, transferri tamen obligationem in aliam diem. Sed dicendum est, siue uotum sit nunquam bibendi uini, siue certa die de- terminata, violari toties, quoties bibitur. Nec est simile il- lud allatum de indulgentiis: harum enim concessio est quid affirmatiuum, & ideo nullam distributionem continet. At non bibere uinum est quid negatiuum, & subinde distribu- tionem continet. Et ratio est, quia uotum obligat instar leg- is Ecclesiastica. Hæc autem est aliquid interdicti uolentis, quoties sue eodem die, siue diuersis editur. Ut constat in- tra carnium, & lactiniurum ab Ecclesia interdictio. Et ita docent Angelus uerbo uotum 3. in fine, Sylvester. uerbo uotum 2. in fine, Nauarr. sum. cap. 12. num. 53. Paludius 2. dist. 38. disp. 1. post 5. conclusionem fol. 839. Azor. lib. 11. in iuramentum, moral. c. 20. quæst. 8. Concedendum tamen est cum Paludius, D. Anton. & Sylvester. huiusmodi uotum non biben- di uini die quadam uagè, bibendo uinum semel aliqua die, licet- tum esse uleturiam ea die bibere: ac obligationem transferri in aliam diem. Quia cum obligatio non fuerit potius pro illa die, quam

quàm pro alia, non uiolatur uotum bibendo uinum ea die: potest enim uouens eligere diem aliam, in qua uotum explet. Quod intelligit cum Sylv. nisi dies illa esset ultima termini in uoto præfixi. Ut si quis uouit non bibere uinum quadam hu- jus hebdomadæ die, & sola ultima superit. An uero si diem illam uoto explendo elegerit, peccet ea bibendo uinum toties, quoties biberet: dicemus cap. 13. num. 35. & sequentibus.

42. Secus autem est de uoto jejunii: qui enim aliqua die jejuniare uouit, peccat sola prima uice, quia jejunium frangit. Ut bene docent Palud. a. dist. 38. quæst. 3. art. 4. numero 23. Diu. Anton. Angelus, Sylv. Paludius numero præcedenti allegati, Armilla uerbo uotum numero uiginti septimo, Azor. libro undeci- mo inf. moral. cap. 20. quæst. 6. Enriquez. lib. 7. de indulgentiis cap. 13. num. 13. in conclusionem. Itaque si sit, Et ratio est, quia quantuis id uotum includat negotiationem comedendi nisi semel illa die: at illa negatio promissa est per modum unius abstin- tione consistens in unica comestione per totum diem, in quantum deseruit jejuniu illi implendo. At feram jam uio- lato duplici comestione, impossibile est amplius seruari. Si- cut de Ecclesiastico jejuniu præcepto tradunt communiter DD. Ut suo loco dicemus. Addit autem Azor. toties hunc contra uotum peccare, quoties ea die carnes ederet. Quòd jejuniu certa die promissum id continet, ut numquam ea die carnes comedatur. At hoc non caret difficultate. Quia in hoc uoto non clauditur directè abstinentia à carni- bus, sed indirectè, quatenus est pars essentialiter ad jejuniu requisita, & accessorie ipsi jejuniu. Quare cum semel uio- lato jejuniu effecti obligatio circa principale, cessare uideatur circa accessorium à carnis. Sicut quia promissio jeju- niu non promittit directè unica comestio, sed indirectè, accessorie, quatenus est ad jejuniu necessaria, hoc uio- lato non amplius obligat. Secus autem contingeret, ubi quis expresse uoueret unicum in die comestionem: peccaret enim abique dubio toties, quoties præter unicum comederet illa die. Sic ergo dicendum est in nostro casu, cum non direc- tè, sed indirectè, & accessorie promissa sit abstinentia à carnis, tamquam pars ad jejuniu necessaria, ed uel maxi- mè quòd magis essentialis sit jejuniu unica comestio. De ea enim omnes consentiunt, non autem de abstinentia à carnis. Sed obicitur, uotum jejuniu obligare instar legis Ecclesiasticae de jejuniu: ad id ipso quòd hæc iunungi jeju- niu aliud, ut præcipere consistit abstinentiam à carni- bus, ut sit mortale toties quoties edatur. Ergo eodem modo intelligitur id uotum. Sed respondeo duplici ex capi- te præcipi ab Ecclesia in diebus jejunii ab ipsis iudicij ab- stinentiam à carnis. Prius est, quia directè, & accessorie, in quantum, scilicet, jejuniu abique ipsa consistere nequit. Et hæc ratione solos illos obligat, qui ad jejuniu tenentur. Quare excusati à jejuniu, siue quia illud femel uio- lauerit, siue quia alia ex causa, non peccant contra id jeju- niu præceptum comedendo carnes. Quia cum ceteris obli- gationibus principalibus jejunii, cessat quoque obligatio accessorie abstinentia à carnis, quia est præceptum aliud gene- rale Ecclesiasticum directè, & per se, & independentè à jejuniu obligatioe adstringens omnes fideles ad car- niu abstinentiam omnibus diebus jejunii ab Ecclesia indi- cta. Et contra hoc peccant edendo carnes excusati à jeju- niu, sicut etiam peccant edendo lactiniurum in jejuniis Qua- dragesimalibus. Dico ergo uouentem jejuniare solim, non uouere abstinentiam à carnis posteriori hoc modo ab Ec- clesia præceptam: cum, ut numero tertio diximus uotum in dubio sit strictissime interpretandum, ut minus obigat, in quantum fieri potest. Sed illam uero priori modo. Quare quacumque ratione excusatus hinc fuerit à jejuniu illo pro- missio, etiam si culpa sua id frigerit comedendo carnes, uel quidquam aliud, non peccabit amplius iterum carnes edens, sicut nec quidquam aliud comedens. Quare latum est discrimen inter obligatum ex præcepto Ecclesiastico ad jeju- niu, & obligatum ex solo uoto. Quippe illa prima uice comedens carnes, nec excusatus à jejuniu, duplex peccatum necessario contending committit, alterum in jejuniu legem ea comestione uiolatam: alterum in legato alia pecu- niaria obligationem ea die abstinere: independentè à jejuniu obligatione. At comedens carnes in die solius jejunii uo- missi unicuique peccatum ad comestione id uiolatur. Et tandem hæc quoque, quatenus ea uouens certa die jejuniu non in diei honorem, excusatusque ab illius die jejuniu, siue quia jam illud sua culpa uoluit, siue necessitate excusante à culpa, non tenetur à carnis abstinere, sed tenetur alla die jeju- nare: alias cum ad posterum confect obligari, esset ad duo obligandus, qui unicuique jejuniu uouit. Ergo in uoto jeju- niu non clauditur abstinentia à carnis, ut omnino præcipi- tur ab Ecclesia: tunc enim tenetur ea die ab illis ab- stinere, sed tantum ut directè cadit sub jejuniu præcepto. Et ita iuxta hoc dicendum est non magis delinquere con- tra uotum edendo carnes, quam quidquam aliud, quo jeju- niu uiolaret: & ita fat esse fateri uolentem jejuniu uoto promissam, non explicando, an esse carniu uiolata sit. Et ideo hæc pars est mihi probabilior. Et idem pro- fus censeo de jejuniu in penitentiam sacramentalem in- jundo.

43. Nec uoto non bibendi uini contrahitur, sumpto uino in prima Missæ ablucone post Sanguinis sumptionem, Summa 17. Sanchez, pars 11.

Quia obligat præceptum Ecclesie ad id sumendum caput. Et parte, de celebrat. Miss. Ita Palud. a. d. 38. questione tercia, articulo quarto, numero 27. Et ibi Paludius disputatio prima, §. 838. columa secunda. Nec etiam sumpto uino in secunda ab- lutione. Quia id uotum non intelligitur, ut sit contra com- mune Ecclesie usum, iuxta quem, sacerdotes in ea ablu- tione, uino & aqua utuntur: eo uel maxime, quòd in ali- quibus missalibus in rubricis generalibus missæ faciendæ præ- scribitur eam ablucone uino, & aqua faciendam: quau- is in aliis dicitur digitos abluergendos, tacita materia, qua abluergit debeant. Et ita docet Azor. libro 11. inf. moral. c. 20. q. 7.

44. An uero id uotum uiolatur bibita cœnuis? Affirmat Cajetan. 2. 2. quæst. 150. art. 1. scdm in principio. Quòd hæc loco uini sumatur, ac instat illius inebriet. At uerius est, ubi aliud de uouentis intentione non constat, id solum obli- gare ad uini abstinentiam, quare illi non contrahitur sum- ptibus aliis, que uera uino non sunt, est loco illius bibi so- leant, & similiter inebriant. Quia cum uoti obligatio sit stric- tè interpretanda, ut diximus num. 3. prohibio uini, quòd pretiosius, & appetibilis est ceteris inebriandi aliquid domum ratione uulnari præbentis peccandi occasione, non obligat, ea mutante domicilio, est ibi habitet alla etiam manus periculum offerens. Ut diximus c. 6. nu. 20. Et ita do- cent quidam doctissimi Neoterici. At sentent. Casterani est uera, quando uouens intendere se eo uoto ad uitandam ebricitatem obligare: sed solus exempli gratia uinum exprimit. Cum enim exemplum non ardet regulam l. 1. §. Quod uulgo §. de 2. §. et u. armata, sub eo uoto omnia inebriantia comprehen- duntur. Secus autem esset, quando est intendere se non in- ebriare, at solius uini abstinentiam uouit, nec illud gratia, exempli in uoto adhibuit. Tunc enim cum uini præcepti non cadat sub præcepto: nec sit eadem ratio de fimo, & delalio, erodem hunc non teneri ex ui uoto ad aliorum inebriantium abstinentiam. Nec censorem in dubio intentionis adhibuit uinum gratia solius exempli, ut benignior fiat uoti interpre- tatio.

45. Qui uero uouit jejuniu cum pane, & aqua, est uoti uens bibendo uinum: at eo bibito in ea quantitate, ut fol- nare jejuniu, non est amplius peccatum id bibere. Sicut facta unica comestione soluente jejuniu, non peccatur contra uotum deinceps comedendo. Quia abstinentia à uino non promissa est per se, & directè, sed ut necessaria ad jejuniu cum solis pane, & aqua: quare cum semel bibito eo uino id jejuniu seruari nequeat, non amplius obligat abstinentia à uino, nec jejuniu illud cum pane, & aqua amplius obli- gabit, utpote quòd seruari nequit. Secus esset si quis promi- sisset se sola panem, & aquam comesturum, tunc enim quo- ties biberet uinum, uel aliquod aliud comederet, peccaret contra uotum. Quia id uotum est directè de ea abstinentia, & non ut accessoria jejuniu: & ideo contra uotum minimè peccaret non jejunando, dummodo in omnibus comestionibus solim panem & aqua uretetur. Atque idem dicendum esset, si quis uoueret se jejunturum abstinentiam ab aliquo peculiari cibo, ut piscibus: semel enim eis comessis, non teneretur amplius ab illis abstinere. Quia ea abstinentia non directè promissa est, sed ut accessoria tali jejuniu, quòd jam seruari nequit. Sicut qui promittit ire Hierosolimam facco indu- tus, nec potest ire, non tenetur facco indui. An uero qui semel bibit uinum, tenetur ad jejuniu commune Eccle- siasticum, cum possit illud seruate, quòd uotum, uini illud non soluit: ut suo loco dicemus, dicendum est teneri iux- ta regulas traditas cap. præcedenti, numero decimo, & sequen- tibus, & idem est, si quidquam aliud hora prandii consueta comederet. Quia qualitas illa abstinentie tamquam accessoria jejuniu promittitur, & ideo in dubio non ceas- set per modum unius promissa. Sicut qui promittit jeju- nare abstinentiam à piscibus, uelens illis hora prandii consueta peccat non seruat uoto quo ad illum modum, at cum possit adhuc seruate substantiam principalem uoti promissam, tenetur ad illam. Quare intelligenda sunt, dum non constat uouentis intentionem fuisse, promittere per modum unius jejuniu cum hac circumstantia absti- nentia.

46. Nonò deducitur, quid dicendum sit de uoto abstinentiæ à lactiniis, an includat abstinentiam à carnio est. Qui- dam sic distinguunt. Quando uouens desiderat abstinentiam quoque à carnis, si ea in mentem uenisset, tenetur abstinere à carnis: sed si contrarium desiderasset. Ita docent Sylvester. verb. Dominica, num. secundo in fine, & uerbo jejuniu questione decima, dist. 2. Azor. lib. 7. institutionum moralium cap. decimo, questione secunda, Beja in suis responsis 2. parte casu tertio, Ludou. Lop. 2. p. instruct. tract. de panis, cap. 122. de jeju- niu folio 716. consonans Armilla uerbo jejuniu num. 13. ait re- currendum ad uouentis intentionem. Quando autem uouens nescit discernere quid faceret tempore uoti si meminisset, Sylvester. verb. Dominica numero 2. ait partem tuiorem ample- ctendam, ut à carnis abstineat, uel dispensationem petat. Et teneri hunc abstinere tradunt, Tabiena uerbo jejuniu qu. 11. num. 10. in fine, & Beja eodem casu tertio. Quia abstinentia à lactiniis includit quoque carniu abstinentiam: eo quòd illa fit carniu pars, utpote quia ab illa fermentim o- riginem trahunt, c. Distingue di. 4. At idem Sylvester. uerbo Jeju- niu quæst. 10. dist. 4. Azor. & Ludouicus Lopez, proxime allegati dicunt in hoc dubio integrum esse hinc carnes edere. Quia



bis non legatis voto, aut regulari obseruantia dicto modo...

per quamdam consequentiam. Nam ablata obligatione ablinendi...

CAPUT XII.

obligatio votis in quavis materia etiam levi, an sit sub mortali?

SUMMARIUM.

Votum ex se obligat sub mortali, n. 1. Punire voti emissi quale peccatum sit? n. 2. Quot questiones disputandae sunt? n. 3. An votum materia totalis exigua, obliget sub mortali?...

stati, ad quod votus tenebatur, tunc sublato praepropto, consuetudine, vel quacumque alia ratione, auferetur quoque obligatio...